Ingressus quoque Vespasianus spectata aetate vel robur
omnium quos sibi Titus praeceperat elegit ·VI· milia iuve-
num validiorum quos Neroni in Isthonum direxit.
senes autem et invalidos ·MCC· iussit necari. reliquorum
XXX milia CCCC venundedit. universos autem quicumque
de parte regni Agrippae reperti sunt regi donavit.
quos et rex accepto praetio in servitutem obsequia trans-
cripsit ... praeter ... populus alius. Trachonitidis
et Gaulanitidis regionis et Hippenis et Gad... ...
quam belli excitores et perturbatores concordiae
deserentes propria incursantes aliena qui inimicis
armis pacem violavissent noluisse et debitas pro
flagitiorum meritis poenas dedere.

# EXPLIC(IT) LIBER TERTIUS

# INCIPIT LIBER QUARTUS

Captis tamen Taricheis maxime ex parte Romani Galileae
urbibus ac finibus potiebantur. nisi quod Gaulanitidis regio-
nis urbs Gamala contumacis populi alebat spiritum
locis superbis freta et superioribus. Namque ea in monte est sita
dextrali et ... praeruptis circumcisa rupibus ad summum
artatur a fronte abscidetur profundo hiatu. in posterio-
re aliquantum diffunditur. ab ea quoque parte angusto dif-
ficilique accessu ut caudae similiter iudices ad urbem me-
antibus a summo vertice collum in immensum extendi-
tur ... tamquam caput praeferat atque in sublime
erigat altitudinem. exilis a principio etiam quam sinuatae
clivosis anfractibus solet atque in profundum demersio. dein
quasi tendens se item quendam cervicis medio attollens
cetera praerupta atque invia. unde plerique a superioribus
camelum vocitatam putant quod formam camellae
praeferat. sed corrupto incolarum usu Gamelae nomen
urbi inhaesit. Iam si contextae difficiae spectes suspensa